

rius Callistratus v. e.<sup>1</sup> suffragio eius factus proc. rat. summ. privatarum bibliothecarum Augusti n.<sup>2</sup>, et procurator eius.

**4929** Campiae Severinae v. V. max., sanctissimae benignissimae, pro conlatis in se beneficiis equestr. ord. item secundae militiae<sup>3</sup>, Aemilius Pardalas trib.<sup>4</sup> coh. I Aquitanicae petito eius ornatus. (*In latere*) dedicata IIII idus Maias Sabino II et Venus[t]o cos.<sup>5</sup>

*Romae rep. a. 1497 'in ruinis templi Vestae', i. e. in foro Romano eodem loco quo N. 4924 seq. (VI 2132. 2431 semel descriptae). — 1) Vir egregius. — 2) Cf. Hirschfeld Verw. I p. 190. — 3) Cf. Mommsen Staatsr. III p. 543 not. 4. Supra N. 2749 cet. — 4) Tribunatu. — 5) A. 240.*

**4930** Flaviae L. fil. | Publiciae v. V. max. | sanctissimae piissimaeq., | cuius sanctissimam et | religiosam curam sacrór., | quam per omnes gradus | sacerdotii laudabili admīnistratione operatur, numen | sanctissimae Vestae matris | comprobavit, | Aemilia Rogatilla c. f.<sup>1</sup>, sororis fil., | cum Minucio Honorato Marcello | Aemiliano c. p.<sup>2</sup>, filio suo, | ob eximiam eius erga se | pietatem. (*In latere dextro*) col.<sup>3</sup> V id. Iul. | dd. nn. i[mp]. *Philippo*<sup>4</sup> Aug. II et | [*Philippo*]<sup>4</sup> Caes. cos.

**4931** Fl. Publiciae v. V. max. | sanctissimae ac religiosissimae, quae per omnes gradus | sacerdotii apud divina altaria | omnium deorum et ad aeternos ignes | diebus noctibusque pia mente rite | deserviens merito ad hunc | locum cum aetate pervenit, | Bareius Zoticus cum Flavia | Verecunda sua ob eximiam eius | erga se benivolentiam praestantiamq. (*In latere sinistro*) dedicata pr. kal. Oct. | dd. nn. Valeriano Aug. IIII et | Gallieno Aug. III coss.<sup>5</sup>

**4932** Flaviae L. f. Publiciae | religiosae | sanctitatis v. V. max., | cuius egregiam morum | disciplinam et | in sacris peritissimam | operationem merito | res publica in dies | feliciter sentit, | Ulpius Verus et Aurel. | Titus 77 deputati<sup>6</sup> | ob eximiam eius erga se | benivolentiam | g. p.<sup>7</sup>

**4933** Fl. Publiciae | sanctissimae | ac piissimae | v. V. max., | T. Fl. Apronius | fector v. V.<sup>8</sup> | loci secundi, | dignissimae | ac praestantissimae patronae | cum suis.

*Romae rep. una cum N. 4924 (VI 52444. 52446. 52445. 52448 vidit Huelsen; Lanciani Notizie 1885 p. 450 seq.). — 1) Clarissima femina. — 2) Clarissimo puero. — 3) Collocata. — 4) Sic explevit Lancianius nomina imperatorum erasa, referens ad annum 247. — 5) A. 257. — 6) Cf. supra N. 2669 not. 1. — 7) Gratis (?) posuerunt. — 8) Cf. supra N. 4926 not. 1.*

**4934** Fl. Publiciae v. V. max., | merito sanctissimae ac piissimae, quae rite et per vigili administratio omnes gradus laude | cumulata sacra sua venerata vicit, ut saeculari aetate ministerio | adsit et in futuro (*sic*) perseveret, | Q. Terentius Rufus et Caenia | Verissima parentes | Terentiae Rufillae v. V.<sup>1</sup>, | cuius multi temporis bonitatem | et humanitatem eius